

4364.

1348 Sept. 24.

Lund.

Ärkebiskop Peter i Lund intygar att riddaren Stigot Petersson i hans närvaro öfverlätit åt kanken Benekin till Lunds domkyrkobyggnad en gård i Wirköjestorp (Wirkeestorp), som afkastar två öres värde i spanmål, mot det att en messa läses för honom dagen efter hans begrafningsdag vid alla altaren i Lunds domkyrka.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus, Dei gracia Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus vniuersis, quod sub anno Domini millesimo ccc^o quadragesimo octauo feria quarta proxima ante diem beati Mikaelis, constitutus personaliter coram nobis in ecclesia nostra Lundensi, nobilis miles dominus Stigotus Pætersson domino Benechino, canonico Lundensi, ad fabricam ipsius ecclesie Lundensis vnam curiam suam in Wirkøystorp, duas oras annone soluentem annuatim, cum agris, pratis, pascuis, domibus, estimacionibus et ceteris aliis ipsius curie pertinentiis in sinum tradidit et scotauit jure perpetuo possidendam, tali condicione interposita, quod ipse dominus Benechinus vel qui pro tempore fabricam ipsius ecclesie tenuerit, missas solum vna die proxima post diem sepulture ipsius domini Stigoti Pætersson in omnibus altaribus dicte Lundensis ecclesie pro anima eiusdem domini Stigoti faciet celebrari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis memorati domini Stigoti et domini Nicholai Kyrning militis presentibus est appensum. Actum et datum anno, die et loco supradictis.

På baksidan: scotacio curie in Wirkøystorp.

Sigillen: n. 1 (ärkebiskopens), af omskriften . . . MATIS; n. 2 borta; n. 3 (fyrdelad sköld): s' NICHOLAI KYRNING (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 570).

4365.

1348 Sept. 24.

Lund.

Riddaren Stigot Petersson i Togetorp gifver till ett af honom i Lunds domkyrka stiftadt altare för sitt, sin hustru Sofias och sina föräldrars själägagn egendom i Örmælæ (Öremölla) i Wämunde (Vemmenhögs) härad, vestra Vemmenhög samt Öthælef (Ölöf) i samma härad, Biærghuse (Biäresjö) i Bara härad, Stångby i Torna härad, Ö. Gårdstånga och Biældrop (Bjellerup), samt meddelar närmare bestämmelser rörande afkastningens användande.

Registr. Eccl. Lundens. perg. p. 191.

Vniuersis presentes litteras visuris vel auditoris Stigotus Pethersson de Togæthorp miles salutem in Domino sempiternam. Constare volo presentibus et futuris me ad altare, per me in ecclesia Lundensi ad honorem Dei omnipotentis, matris eius virginis gloriose Marie et beati Martini confessoris et episcopi de voluntate et consensu venerabilis in Christo patris ac domini, domini Petri, archiepiscopi Lundensis, Suecie primatis, ac honorabilis capituli sui Lundensis, in remedium animarum mee et dilecte consortis mee Sophye nostrorumque parentum constructum, bona mea omnia et singula in Örmælæ in Wämundeheret sita, primo videlicet curiam, in qua residet Johannes Thormotsson, habens in estimacionibus tres marchas denariorum et duo talenta annone, vnde exponet decem solidos an-